UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Occasio

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

…10. & 11.20. *Rom.*1.30.2.*Cor.*12.20.1.*Tim.*3.11.*Tit.*3.2. *Iac.* 1.26. & 4.11.1.*Pet.*2.1.
…ctatorum conſortia fugienda, *Prou.*24.21. Obtrectatorum … *Pſal.*109.*v.*20.29. & 120.3.*Prou.*24.22.

¶ Similitvdines.

…Chryſoſtomi; quemadmodum vomitu laborantes, in principio … detinere intus egredientes humores nituntur, cum vero fa… ſuccubuerint, magnis ſingultibus omnia è profundo e… Sic qui praua conſilia in proximos verſant, cum malignita… mentis ferre nequeant, obtrectationis ſaniem euomunt. *Hom. … Matth.*

…quis te prætereunte ſtercus commoueat, hoc facientem non … conuicio & contumelia afficias? hoc fac & circa detracto… Non enim ſic commotum ſtercus illam fœtorem ſuſcipientem … percellit, ſicut aliena peccata excuſſa; & vita impura … animos prodita contriſtare & exturbare ſolent. *Hom.*1. *…Apoſtoli: Modico vino vtere.*

¶ Adagia.

…Mortuis non conuitiandum.
…non inſultandum, nec in mortuum vltra congerenda con… quanquam iure ſit occiſus.
Non impetam lingua. οὐκ ἐπιγλωττήσομαι.
…ἐπιγλωττεῖσθαι, eſt lingua conuitijs inceſſere, proprie vero … ad male ominantes.
… te pingam coloribus.
…talem te ſcribam, qualis es. Ich will dich recht abmahlen/ … ſtreichen: ich will dir das Wapen recht viſieren.
…inter ſe reddere. σφαίραν ἀντιδιδόναι.
…quadrabit in eos, qui ſeſe viciſſim dicterijs inceſſunt? Confine illi. …que vicem præbemus crura ſagittis. Sie ſchlagen ein… den Ballen zu.
…aculeo fugere. Βαλὼν φεύξεσθαι οἴει.
…Metaphora prouerbialis, vbi quis dicto conuitio, ceu maleficio quo… ſtatim ſubducit ſeſe, ne vel tueri cogatur quod dixerit, … mutuum recipiat.
…Vulgus ſuſpicax.
…ſum vulgus pleraq; in malam partem interpretatur Ho…
…ζηλοι γάρ τ' εἰμὲν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων.
Quippe homines pleriq; ſumus male ſuſpitioſi.
…Pellem caninam rodere.
…ponit pro eo, quod eſt, hominem maledicum & impro… conuitijs inſectari. Sic enim ſcribit in obtrectatorem quendam …atorem.
Non deerunt tamen hac in vrbe forſan,
Vnus vel duo, tresq; quaterue.
Pellem rodere qui velint caninam.
…igator.
…gatores Marcus Cato vocabat litium auidos, & alienorum … calumniatores.
…
…inuidia.
Archilochum teris. Ἀρχίλοχον πατεῖς.
…maledico dicebatur De Archilocho teſtatur. Hor.
Archilochum proprio rabies armauit iambo.
Archilochi patria. Ἀρχιλόχου πατρίς.
…teſtatur, hoc dici ſolere de mordacib. ac maledicis.
…Theonino rodi.
…dente rodi dicuntur qui conuitijs lacerantur.
…citius aliquis, quam imitabitur. Μωμήσεταί τις μᾶλλον, ἢ …
…dicetur de re quapiam artis abſoluta, atque inimitabili. …wir nicht alle dichten/ ſo wöllen wir doch alle richten.
…Genuino mordere.
…clanculum obtrectant, lacerantq; quempiam, eum genuino … dicuntur. Zur banck hawen. Es ſeind ſtiech/ die nit bluten.
…in Deorum cœtu. κἂν θεῶν ἀγορᾷ.
Quidam interpretantur de maiorem in modum probis & æquis, … de vehementer maledicis.
Dentata charta.
Dentata dicuntur mordacia. M.Tullius.
Hipponacteum præconium.
…famiſ nota dixit M.Tullius, de Tigellio quodam.
Archilochia edicta.
Contumelioſa vocat ac virulenta.
Plauſtra conuitiis onuſta. καὶ ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέ… ἀλλήλων. *Lucian.*
Id eſt: Et ſolida plauſtra conuitijs onuſta, inter ſeſe effundebāt. Lo… de duobus Philoſophis inter ſeſe contumelioſe altercantibus.
Naues onuſtæ conuitiis.
Homerus Iliad. v.
Ἔστι γὰρ ἀμφοτέροισιν ὀνείδεα μυθήσασθαι.
Πολλὰ μάλ' οὐδ' ἂν νηῦς ἑκατόζυγος ἄχθος ἄροιτο.
Proborum ſupereſt ambobus copia ſumma,
Quorum onus haud portet centum ratis incita remis.

Affine illi. Quos tollere nec centum queant Ægyptij.
Morſus aſpidis. δῆγμα ἀσπίδος. *Nicander*
De malo immedicabili, aut lingua vehementer virulenta.
Hyſtricis ſeta. θρὶξ ὑστρίχος.
Id eſt: Pilus hyſtricis. Dici poterit dicterium, acriter in quempiam tortum.

¶ Exempla Biblica.

Obtrectationis & detrectationis *exempla*: Filii Laban, *Gen.* 31.1. Vxor Putipharis, 39.*v.*14.17. Maria & Aaron, *Num.*12.*v.*1.2. Exploratores terræ 14.36. Multitudo, 16.41. Filii Belial, 1.*Sam.*10.17. Doeg Idumæus, 22.9. Principes Hanon, 29.3. Philiſtæi, 29.4. Principes Ammonitarum, 2.*Sam.*10.3. Abſalom, 15.3. Siba, 16.3. Rehum cum ſociis, 1.*Eſdr.*4.13. Ancilla Raguelis, *Tob.*3.*v.*7.8.9. Aman, *Eſth.*3.8. Principes Iuda, *Ier.*38.4. quidam Chaldæi, *Dan.*3.2. Danielis hoſtes, 6.3. Alcimus cum viris iniquis, 1.*Mach.*7.*v.*5.6.25. Simon, 2.*Mach.* 9.*v.*5.6. & 41. Alcimus. 14.*v.*5.6.7. Phariſæi, *Matth.*9.1. Iudæi, 11.*v.*8.19. *Luc.* 19.7. & 23.3. *Ioan.*7.12. & 8.48. & 9.*v.*16.24.28. Domini famulæ Pythoniſſæ, *Act.*16.20. Iudæi Theſſalonicenſes, 17.7. Epicurei & Stoici Philoſophi, *v.*18. Iudæi Corinthii. 18.13. & 19.9. Iudæi Aſiatici, 21.28. Barbari, 28.*v.*4.

Vide Accuſatio, Item Calumnia, Detractio & Maledicentia.

Occaſio.

¶ Definitio et Etymolog.

Occaſio, Græce ἀφορμή, ῆς, ἡ, & καιρός, οῦ, ὁ, dicitur. Eſt autem occaſio oportunitas temporis caſu proueniens. Venitque ab occido penul. breui, quod modo ſignificat. obuenio, ab ob, quod eſt circum vel propter & cado. Occido etiam nonnunquam interimor ſignificat, vnde occaſus, hoc eſt interitus. Aliquando cado, vnde Sol occidere dicitur, quia cadere videtur dum mergitur, & occaſus Solis, ipſa merſio Solis.

¶ Loci Biblici.

Occaſio oblata non prætermittenda, *Pſ.*32.6. *Eccl.* 9.10. *Eſai.*55.6. & 65.11. *Ier.*13.16. & 21.12. *Oſe.*10.12. *Matth.*25.*v.*10.13. *Luc.*13.*v.*24.25. & 17.22. & 19.26. *Ioan.*7.34. & 8.21. & 12.35. *Rom.*2.4. & 11.2. 12.11. & 13.11. 2.*Cor.*6.*v.*1.2. *Gal.*6.10. *Heb.* 2.1. & 30.13.15. & 4.16. & 12.17. 1. *Pet.*3.9.

¶ Sententiae Poeticae.

Ouid. 1. de Rem.
Temporibus medicina valet: data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Hor. 13. ode Epodon.
Horrida tempeſtas cœlum contraxit & imbres.
Niueſq; deducunt Iouem, nunc mare, nunc ſylua,
Threicio Aquilone ſonant: rapiamus amici
Occaſionem de die: dumq; virent genua,
Et decet obducta ſoluatur fronte ſenectus.
Occaſione duntaxat opus improbitati.

Phocylides.
Καιρῷ δουλεύειν, μὴ δ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι.
Occaſioni obtempera, & noli ſpirare contra ventos.

Menander,
Ἅπαντα καιρῷ χάριν ἔπει τρυγώμενα.
Omnia tempeſtiue gratiam habent.

Idem,
Καιρὸς γάρ ἐστι τῶν νόμων κρείττων πολύ,
Occaſio enim eſt legibus potentior multo,
Καιροὶ καὶ καταλύουσι τὰς τυραννίδας.
Occaſiones autem diſſoluunt tyrannides.
Πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παραίτιος.
Multarum rerum occaſio eſt cauſa.
Πολλοὺς ὁ καιρὸς ἄνδρας οὐκ ὄντας ποιεῖ.
Multos occaſio viros non exiſtentes facit.
Τάχιστ' ὁ καιρὸς μεταφέρει τὰ πράγματα.
Celerrime occaſio permutat res.

Periander.
Καιρὸς πρόσμενε, *Occaſionem expecta,*

De occaſione Auſonius in hunc modum ſcripſit.
Cuius opus? Phidiæ qui ſignum Pallados eius
Quiq; Iouem fecit, tertia palma ego ſum.
Sum Dea quæ rara & paucis Occaſio nota.
Quid rotulæ inſiſtis? ſtare loco nequeo.
Quid talaria habes? volucris ſum: Mercurius quæ
Fortunare ſolet, trado ego, cum volui.
Crine tegis faciem, cognoſci nolo, ſed heus cur
Occipiti caluo es? ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes dicat tibi, dic rogo, quæ ſit?
Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.
Sum Dea quæ facti, non factiq; exigo pœnas:
Nempe vt peniteat, ſic Metanœa vocor.

Tu modo dic,quid agat tecum? ſi quando volani,
Hæc manet,hanc retir[illegible]nt quos ego præterij.
Tu quoq; dum rogitas,du[illegible] percunctando moraris,
Elapſam dices me tibi de manibus.

Cato lib. 2.

Rem tibi quam noris aptam dimittere noli,
Fronte capillata poſt eſt Occaſio calua.

¶ Sententiæ Philosophorvm.

Neque in ridiculis ſerias res agas,neque in rebus ſeriis nugis gaudeas. nam quicquid non tempeſtiue nec in loco fit, vbiq; moleſtum eſt. *Iſocrates ad Deminicum in Paraneſi ſua grauiſſima.*

Singulis actionibus aliud conuenit, aliudque tempus ad hoc vel illud perficiendum. Eiusmodi vero tempus eſt actionis cuiuslibet opportunitas, tanquam bonum atque fidem agentibus afferens & effectis. Quapropter Pythagorici primam quoque cauſam,à qua omnibus adeſt bonum, opportunitatem nominauerunt: quippe cum omnibus,vt perfecta ſint largiatur: omnia denique ſic coaptantur,dum cauſæ quidem perficientes ad perficiendum promtiſſimæ ſunt: ſuſceptura verò ad participationem expergiſcuntur, & illæ rurſum potentiam porrigunt per[illegible]ientem: hæ autem potentiam aptitudinis natura ſuſceperunt. Duplex enim potentia eſt, altera quidem agentis,altera patientis,& illa eſt materactionis, hæc perfectionis eſt ſuſceptaculum. *Proculus.*

Pittaci illa eſt celebrata ſententia, γνῶθι καιρὸν, id eſt, notis tempus vel oportunitatem,ſiue tempeſtiuitatem.Romana vox: Veni in tempore.Interpretatio huiusmodi ſapientiſſimi dicti ſaluberrimi vt ſcilicet norimus in rebus agendis, obſeruemusque opportunitatem vt in tempore cuncta aggrediamur. Terentius,rerum omnium eſſe primum,tempus,ait. Repete[illegible]t cuncti (vt verbis Auſonii vtar) quotus offenſam incidat,ſpectata cui non fuerit opportunitas. Medicus in danda medicina ægroto, norit tempeſtiuitatem. nam vt ille inquit temporibus medicina valet: contra nihil eſt in morbis magis periculoſum,quam immatura medicina. Quod & memorat Seneca in libro ad Albinam matrem,de conſolatione. Præcipit Plinius noſter,cauendum,ne in remediis vitia fiant,quod euenit nimia,aut intempeſtiua medicina. In cibo quoque dando,ô medice noſce quando intempeſtiuum eſt: Nam,vt Cornelius Celſus veriſſime ſcribit: optimum medicamentum eſt cibus opportune datus, qui quando dari debeat, inter medicos non ſatis conſtat. Notum eſt illud Ouidianum.

Ipſa leget tempus,medici quoq; tempora ſeruant.

Plautus opportunitatem innuens efficaciſſimam, eſſe in rebus ait in Pſeudolo. Ipſa mihi opportunitas non potuit opportunius aduenire. Item in Menechmis: Non potuiſti magis per tempus mihi aduenire,quam aduenis. Ita ego ſoleo,commoditatis omnes articulos ſcio.

Hiſtorici prodiderunt, Veſpaſianum in temporis fuiſſe facillimum & indulgentiſſimum,quo in balneum tricliniumque tranſiibat:eaque momenta, atque occaſionem domeſticos, ad aliquid petendum magnopere optaſſe.

Γνῶθι καιρὸν, id eſt, noſce tempus.

Conſimiliter vos, qui vultis apud principem impetrabiles eſſe, captate id tempus,quo remiſſior,hilarior, indulgentiorque eſſe ſolet: ſcitote plus pollere tempeſtiuitatem hanc ad ſucceſſus petitionum,quam adipem [illegible]onis,quam ſanguinem baſiliſci, quam ſpondylon draconis, quam anguium drynedarum ouum, cæteraque id genus promiſſa magicæ vanitatis. Contra,non parum multi intempeſtive interpellantes, merito repulſam patiuntur: Quibus illud Naſonis dici poteſt:

Non adijt apte, non legit idonea credo, Tempora.

Horatius probe callens, quantum opportunitas valeat, ſic ſcribit:

Niſi dextro tempore Flacci
Verba per attentam non ibunt Cæſaris aurem.

Idem mittens Auguſto librum, monet portatorem, vt tempeſtiuiter adeat: vt videlicet, ſi validus, ſi lætus erit, ſi denique poſſet.

Tempeſtiuitas denique perſpicienda in materia cædenda, in emptionibus, venditionibus, amationibus, in agriculturis, frumentis decidentis, meſſibus, vindemiis, oleitate, ſationibus, inſitionibus, propagationibus,&c. *Reliqua lege apud Philippum Beroaldum in heptalogo ſapientum.*

Quoties fortuna offert commoditatem, quæ tibi ſit apta, ſtatim arripe: nam occaſio frontem habet capillatam, vt ea parte teneri poſſit? verum ſi ſemel ſe verterit, ab occipitio calua eſt, vt iam apprehendi nequeat,hoc eſt, opportunitas cum contingit, teneri poteſt, non redit autem cum voles, ſi neglexeris. Hic admonendum illud, quod Græci fingunt de Deo cœco, de quo copioſius in prouerbiis. *Eraſmus.*

Paruæ occaſiones, magnarum rerum cauſæ exiſtunt. *Demoſthenes ex orat. ad Leptinem.*

Occaſione parua & prima quæque offenſio celeriter omnia diſtulit atque euertit. *Demoſt. ex orat. de Cherrhoneſiacis.*

Oportet eum, qui ex vobis rempublicam adminiſtra[illegible] ſubito affectibus ad iracundiam impellentibus obtemp[illegible] rationi, & rebus ipſis & temporis opportunitati ſeruire[illegible] leriter concidere ſolent, hæc vero permanere, & in longum [illegible] exiſtere. *Ex orat. in Ariſtog.*

An exiſtimatis ipſam rei bene gerendæ occaſionem [illegible] valere, ac etiam abſque iure id quod conducit efficere[illegible] cum in id ius ſimul & occaſio & vtile conſentiunt, aliud [illegible] tempus expectabitis veſtræ ſimul & aliorum Græcorum li[illegible] recuperandæ? *Ex orat. de fœdere Alex.*

Qui recte occaſione vſi non ſunt, ii ne ſi boni quidem [illegible] diis acceperint, eius recordantur. *Olym.* 1.

Aggreſſuros aliquid iuuat occaſio, quæ cum ſe offert [illegible] nionem, etiam ſi vires alioqui minores ſunt, incitat vt [illegible] adeant, præcipue ciuitatis,&c. *Thucyd. l.* 3.

Dominatur occaſio in cunctis rebus humanis, maxime [illegible] bellicis. *Polyb. hiſt. l.* 9.

Quod opportunitas & occaſio magnam partem in [illegible] rebus, maxime vero bellicis ad perficiendos conatus hab[illegible] obſcurum eſt. *idem, l.* 10.

Occaſionum in bello maximum eſt in vtranque partem [illegible] tum. *Plut. in Coriolan.*

Armatus intentusq; ſis, neq; occaſioni tuæ deſis, neq; [illegible] ſionem hoſti des. *Liu. Decad.* 3, *l.* 2.

Rebus in aſperis & tenuibus fortiſſima queque conſilia [illegible] ſunt: quia ſi in occaſionis momento, cuius præteruolat [illegible] tas, cunctatus paulum fueris: nequicquam mox omiſſam [illegible] *idem Decad.* 3. *l.* 5.

Plura negotia opportunitate occaſionem quam viribus [illegible] cte confecta, *Dion. l.* 43.

Oportuni ſunt magnis conatibus tranſitus rerum, [illegible] tione opus, vbi pernicioſior ſit quies quam temeritas. *Tac[illegible] lib.* 1.

Occaſio in bello amplius ſolet iuuare, quam virtus. *Veget[illegible] cap.* 26.

Boni duces publico certamine nunquam niſi ex occaſione [illegible] nimia neceſſitate confligunt. *ibid.*

Occaſio reliqua omnia intra ſe continet. *Procop. libr[illegible] Perſico.*

Præſtat præuenientem in tuto eſſe, quam bene gerend[illegible] ſione amiſſa turpiter ab inimicis pati, *idem, l.* 2.

Rerum humanarum momenta in Occaſionis percep[illegible] ſtunt. Nam ſi per ignauiam quis fortunam paratam [illegible] ſua culpa ab ea deſeratur, nequaquam illam, ſed ſeipſ[illegible] *idem de bello Vandalico. l.* 2.

Quibus ſpes dubia eſt, nec breuiſſimum quidem mom[illegible] cidiſſe conduxerit, temporis ſiquidem vbi occaſio ipſa [illegible] rendæ præteriit, inutile proculdubio fit quodcunque [illegible] penditur ſtudii, vel ſi id quidem permaximum fuerit, [illegible] ſuperuacaneum nil admittente virtutem. Nam & præ[illegible] ceſſitate, vel ea quæ in poſterum fiunt, vana, inania, [illegible] ſint, neceſſarium eſt. *idem, de bello Goth. l.* 3.

Occaſio anima actionum eſt *G. Pachym hiſt. l.* 3.

In omni re bellica (quod vſus ipſe docuit) plurimum occaſio [illegible] let, quam optimus quisque imperator ſummo ſtudio acc[illegible] complecti debeat; quippe cuius ea natura ſit, vt ardua in pla[illegible] cile vertat. Sed in omni occaſione capienda, inceptisque [illegible] quendis duo potiſſimum ſeruanda ſunt: alterum quod [illegible] eſt, mature id vt fiat. Quid enim occaſione breuius aut fugacius? Alterum vt ſuo quæque res geratur ordine: quando in re [illegible] militari nihil ordine ipſo potius ac maius ſit. *Io. Iouian. Pontan. hiſt. lib.* 1.

Cum non ſemper hoſtium conditiones offenſionesque [illegible] bus notæ, in bellis ſæpenumero pulcherrimæ occaſiones a[illegible] tur. *F. Guicciar. in hiſt. lib.* 2.

Nihil occaſione ocius elabitur. *idem, l.* 22.

Pœnitebat duces ſe potius voluntati legati pacem à Dam[illegible] petitam repudiantis, quam ſuis conſiliis obtemperaſſe, qui rerum militarium peritiſſimi, viciſſitudines rerum experiendo didicerant offerentis ſe fortunæ beneficio præſenti vtendum, maiorum rerum auiditate, perſæpe quod iam teneretur, è manibus elapſum, nulla [illegible] inde virtute repeti poſſe. P. *Æmil. l.* 6.

In præcipiti bellicarum rerum occaſione, grauia repentinaque pericula multæ deliberationis conſilium non admittunt. *P. Iou[illegible] hiſt. lib.* 3.

Bellicæ occaſionis ratio certis atque breuiſſimis rerum & temporum momentis conſtat, *idem, lib.* 15.

Raræ ſunt atque fallaces magnæ occaſiones, quas prudentes & magnanimi cum offeruntur arripere debent: eas vero negligere, ſumma reprehenſione dignum eſt: ac ſæpe nimis curioſa ſapientia, & futuri nimium ponderatrix, vituperatur: quoniam res humanæ tot tamque variis caſibus ſubiiciuntur, vt raro id eueniat, quod [illegible] etiam ſapientes exiſtimarant. & qui præſens bonum futuri periculi timore, quum id nec certum nec propinquum eſt, negligit, ſummo ſæpe doloro & infamiæ nota, eorum periculorũ, quæ poſt vana fuere, [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vtilitatis & gloriæ plenas occaſiones amiſiſſe reperitur. *F. ...hiſtor. lib. 4.*

...bellis occaſiones innumeræ, quia ducibus non ſemper hoſti... errores & difficultates ſunt notæ, amittuntur. *idem, l. 14.*

Facile eſt præclaras occaſiones amittere, & contra, difficile eas ...: ideoque dum manibus tenentur, omni ſtudio ad eas reti... eſt enitendum. *idem l. 16.*

¶ Apophthegmata.

Themiſtocles, Antiphates adoleſcens, qui prius Themiſtoclem a... fugerat ac faſtidierat, vbi vidit illum gloria celebrem po... magna pollentem, vltro adiit illum blandiens, cui The... : O adoleſcens! ſero quidem ambo, ſed tamen ſapere cœ... Sentiens, illum non arripuiſſe occaſionem ſeſe offerentem, ... nunc non vacare per negotia talibus affectibus indulgere. *... in Græcor. apoph.*

Antigonus, Quum Antigonus in arduis ac præruptis locis plani... eminentibus exercitum haberet, Pyrrhus poſitis circa Naphã ... poſtridie per caduceatorem, vt in campum deſcendens Mar... experiretur, prouocauit, Antigonus verò reſpondit, ſuam mali... non magis armorum quam temporum eſſe. Pyrrho, ſi illum ... vitæ tædium cepiſſet, ſatis multas ad interitum vias patere. *... in Pyrrho.*

Annibal, Poſt calamitatem à Romanis apud Cannas acceptam ... M. creatus eſt imperator cum Claudio Marcello, viro auda... geſtienti cum Annibale confligere. Fabius potius ſpe... futurum, vt ſi pugna abſtineret, Annibalis exercitus ductu ... deficeret. Id ſentiens Annibal dixit ſe magis formidare ... à pugna quieſcentem, quàm Marcellum pugnantem. *Plut. ... Rom. apoph.*

L. Domitius, vbi contemplatus eſſet hoſtium phalangem, exerci... hortantibus vt confeſtim aggrederetur, negauit tem... ſufficere ad hoc, vt tot millibus trucidatis, ac direptis impedi... in caſtra reuerſi, ſua curarent corpora. Sed hoc ipſum poſtri... tempeſtiuè facturum dixit: Ac poſtero die congreſſus, quin... millia trucidauit. Vir ſtrenuus non dubitauit de victoria, ... modo temporis gerendæ rei par eligebat. *Plutarchus in a...*

...pio Africanus, cum hoſte dicebat non eſſe confligendum, niſi ... daret occaſio, aut vrgeret neceſſitas: quod incogitantis ſit, ... oblatam negligere: & extremæ ignauiæ ſit, tum ... fortem animum, cum audacia ſpem præbet incolumi... formidoloſitas nihil aliud quam certum promittit exitum. *... vita eius. Valer. Max. lib. 7. c. 2.*

... minor, cum videret hoſtes deſpondere animum, aiebat ſeſe ... veniret, mora temporis emiſſe, addens, Bonum ducem per... medicum non niſi in extrema curatione ferrum adhibere. ... per occaſionem adortus Numantinos, terga illos dare ... *Plut. in Rom. apoph.*

Marius, in bello ciuili, cum foſſa cinctus obſideretur ab hoſti... nuit ſeſe, tempus expectans opportunum. Popedio autem ...centi, Si magnus es imperator, ô Mari, deſcende in confli... Imo tu, inquit, ſi magnus imperator, coge me nolentem ad ... venire. *Plut. in apoph.*

¶ Similitudines.

...ſſami, Sicut in corporibus, & in fiſtulis, niſi prius quis hu... influentem ſiſtat, & vulnus terentem quotquot impoſuerit ...menta, mali fonte non obſtructo, incaſſum omnia facit: Iti... & nos, niſi occaſionem, quaſi fontem mali, cauerimus. *lib. 1. de ... cordis.*

Procli, Quemadmodum totius mundi quidam circuitus ſunt ... ſterilitatiſue cauſæ animalium atque plantarum: Ita ... actionibus aliud conuenit, aliudque tempus ad actionem ... illam perficiendam. *De anima & dæmone.*

Quemadmodum locus vnicuique corpori ab ipſa natura proprie ... eſt: ſic & temporis partes aliæ aliis conueniunt actioni... *ibid.*

Plinij, Morus nouiſſima omnium germinat, & tamen parit inter ...: ita qui tempus idoneum operiuntur rei conficiendæ, etiam ... cœperint, tamen maturius conficiunt. *lib. 15. cap. 24.*

Apes peragant opus ſuum non ſtatis diebus, ſed quoties cœli cõ... inuitat: ita ſuo quæq; tempore rapienda eſt occaſio, *libr. ... 6 & 10.*

Roterodam, perſica ob idipſum pluris veneunt, quod non dura... niſi triduum: ita auidius rapiendum, quod cito præteruolat, ... *in ſimil.*

¶ Adagia.

Cape crines.

Dicitur pro arripere occaſionem oblatam, & arreptam retinere.

Nunc tuum ferrum in igne eſt. *Seneca.*

Dicebatur de eo, cuim negotium iam ageretur.

Ianuam aperire.

Repagula aperire, τὰς κλεισιάδας ἀνοίγειν.

Anſam præbere.

Metaphoræ prouerbiales, quæ ſumuntur tam in bonam quam malam partem, pro eo, quod eſt occaſionem adminiſtrare. Talis & Terentiana illa.

Feneſtram aperire.

Verum non niſi in malam partem. Die Thür auffthun. *Sic,* Das Liecht darzu halten.

Faſces ſubminiſtrare.

Eximere è manu manubrium. *Plautus.*

Hoc eſt: iam paranti facere quippiam, peragendi extorquere facultatem.

Anſam quærere, arripere.

Id eſt: Captare occaſiones. Contraria. Anſam præterire, negligere. *Id eſt: Occaſiones rerum agendarum amittere.*

Gladium dediſti qui ſe occideret. *Plaut.*

Hoc eſt. Materiam & adiumentum ſubminiſtrandi ad perniciẽ.

Non ſemper erit æſtas. οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται. *Heſiodi verſus eſt.*

Οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται, ποιεῖσθαι καλιάς.
Æſtas non ſemper fuerit, componite nidos.

Docet parandum eſſe in adoleſcentia, quo laſſa ſenectus frui poſſit.

¶ Hieroglyphica.

Occaſiones captorem, ſeu hominem temporum omnium conditioni ſeſe accommodantem per *Echinum* animal deſignauit antiquitas. Nouit equidem *Echinus* (terreſtrem intellige) cubilia ſua, Aquilonum & Auſtrorum mutatione commutare. Duas enim cubilibus feneſtras facit, alteram Notum verſus: Boream verſus alteram, quaque parte ventum futurum præcognoſcit, feneſtram obturat, alteram recludit: ſin intra tectum alatur, ad parietem diſcedit. *Pier. Val. l. 8. pag. 74. F.*

¶ Emblema.

Emblema cxxi. Andreæ Alciati.
διαλογιστικῶς.

Lyſippi hoc opus eſt, Sicyon cui patria, tu quis?
Cuncta domans capti temporis articulus.
Cur pinus ſtas? vſque rotor talaria plantis
Cur retines? paſſim me leuis aura rapit.
In dextra eſt tenuis dic vnde nouacula? acutum
Omni acie hoc ſignum me magis eſſe docet.
Cur in fronte coma? occurrens vt prendar. At heus tu
Dic cur pars calua eſt poſterior capitis?
Me ſemel alipedem ſi quis permittat abire,
Ne poſſim opprenſo poſtmodo crine capi.
Tali opifex nos arte, tui cauſſa edidit, hoſpes:
Vtq; omnes moueam, pergula aperta tenet.

¶ Fabula.

Hœdus & Lupus.

Supra tectum domus ſtans hœdulus lupum prætereuntem inclamabat, & ille maledicebat. Cui lupus, non tu, inquit, ſed tectum mihi maledicit.

Sæpe locus & tempus fortes facis homines timidos, vt inſultare etiam præſtantiſſimis non vereantur.

Vide Tempus.

Oculus.

¶ Definitio et Etymolog.

Oculus, ὄμμα, ὀφθαλμὸς, οῦ, ὁ, & ὀφθαλμία, ας, ἡ, oculorum morbus dicitur. Oculi dicuntur, quia ſuperciliorum tegminibus nos Deus occuluit, *ſecundum Varronem*, Hebr. *Hain*, Oculus virtus, viſiua, lux, ſplendor, aſpectus, ſpecies incurrens in oculos. Item, fons ex quo, velut ex oculo aqua fluit, à verbo *Haian*, aſpexit oculis obſeruauit, direxit oculum aliquid intuendo.

¶ Biblici Loci.

Oculus interdum ex Hebræorum idiotiſmo, pro toto hominis ingenio ponitur, & tunc mentis ipſius indicium ſignificat, *Matth. 6. 6. 12. Luc. 11. 34.* eo quod oculi ſunt præcipui mentis indices. Oculus ſimplex & rectus, *Ecclеſ. 35. 12. Matth. 6. 23. Luc. 11. 34.* Oculus malus, pro inuidia, *Matth. 20. 15. Marci 7. 22. Deut. 15. 9.* Oculus nequam, *Geneſ. 6. v. 2. Prouerb. 6. 6. 13. Ecclеſ. 4, 8. & 14. 8. & 31. 14. Matth. 6. 22.* Oculus allegoricè & hyperbolicè *Marci 7. 22. Luc. 11. 14. 1. Ioan. 2. 16.* Oculus inſatiabilis eſt, *Eccl. 1. 8.* Oculum erui iubetur, *Matth. 5. 29.* Oculus eruendus, *Exodi 21, 14. Leu, 24. 20. Deut. 9. 21. Matth.* eruenti oculus eruendus, ... Oculi aperiuntur Adamo & Euæ, *Geneſ. 3. 7.* Balaamo, *Num. 22. 5. 18.* Oculi aperiuntur autem oculi Hebræis, *6. 31.* Cæco nato, *Ioan. 9. 10.* Aperiri dicuntur autem oculi Hebræis, cum videndi vſus reſtituitur, *Io. 9. 10.* Oculi eruũtur, Samſoni, *Iud. 16.*